UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 204. De manso tradito in Wyrun in marca Sturmethi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Visual Library

ioconiſ et thiadulfi teſteſ berthricuſ *uuigbertuſ* (k) adalgot eylharduſ et alii XV.

gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 203.

Tradidit *uuicharduſ* (l) pro remedio animae ſuae quidquid habuit in pago *ſuilberi* (m) in uilla, quae dicitur *daſſila* (n) teſteſ eyſulf rainharduſ *oſdag* (o) uuikger ſidag et alii X.

§. 204.

Tradidit adalharduſ quando filium ſuum obtulit ad reliquiaſ ſcōrum martyrum ſtephani atque uiti manſum unum cum familia in loco qui dicitur *uuyrun* (p) teſteſ uuratheri luduuard ſneuuard erymbert.

§. 205.

Tradidit *gamer* (q) pro ſorore ſua helmburg quidquid habuit in *ſirikeſhuſ* teſteſ uuerinbert *thiadricuſ* ſibodo uolcmer biliſ erp et alii ſex.

Ems, et *Haſa, die Haſe.* Eadem confirmantur e noſtro Regiſtro Bonorum Abbatiæ Corbeienſis, in quo huic pago *Agrotingon* tribuuntur 1) *Bortrun*, Borſen in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi, 2) *Linduri*, Linderen in Emslandia, 3) *Ladorp*, Laſtorp, 4) *Lyongo*, Löningen, 5) *Lodon*, Laten, 6) *Sugila*, Sogel, 7) *Werelidde*, Werelte, 8) *Holtus*, Holthuſen in comitatu Lingenſi, et 9) *Burgiun*, Borg in epiſcopatu Monaſterienſi. Pagus *Agrotingon* ergo verſus ſeptentrionem contiguus fuit *Laingo* pago Friſiæ orientalis. De hoc ſupra egimus §. 8. not. (q). Adtigit verſus orientem pagum Leri ſeu Leriga in comitatu Diepholtano, de quo vide annotationes noſtras §. 35. not. (D). Verſus meridiem autem pago Hrecwiti in epiſcopatu Oſnabrugenſi, de quo vide §. 108. not. (s), pagus Agrotingun fuit confinis.

(k) *Wigbertus* an ad ſtemma Widekindeum referendus eſt? an filius Theodorici vel Hrothardi vel Heionis vel Thancmari fuit?

De Wigberto.

(l) de *Wychardo*, ad progenitores comitum Daſſelienſium referendo, iam ſupra egimus §. 104. not. (b) et (l).

De Wichardo.

(m) De *pago Suilberi*, intra comitatum Daſſelienſem olim obuio, vide ſupra §. 167. not. (Q).

De pago Suilbergi.

(n) *Daſſila* villa nunc appellatur *Daſſel*, vrbs quondam primaria comitatus Daſſelienſis, pars Hildeſienſis epiſcopatus ſub præfectura Hundesrück. Conf. de hac villa diplomata, in *Addendis* prolata num 395. et 398.

De villa Daſſila.

(o) De *Osdago* vid. §. 199.

(p) *Wyrun* villa erat *in marca Sturmethi*, de qua vide §. 176. not. (r). Nunc appellatur *Verne*, locus ducatus Weſtfaliæ, vbi hominem proprium cum manſo poſſidet abbatia Corbeienſis, qui ad officium in Mönninghuſen, vulgo *das Vits Amt* dictum, refertur.

De villa Wyrun.

(q) *Gamer* nominabatur ſupra §. 201. *frater Thiadrici* et *Sibodonis*, qui hic inter teſtes apparent. Inde concluſimus, hic deſignari eundem *Gamerum*, familiæ Billinganæ inſerendum. Erat autem villa *Sirikeshus in pago Falhen*, Regiſtro noſtro teſte. Deſignatur per eam vicus *Sierſe*, intra præfecturam Wolffenbuttel ſitus, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam Bethmar ſub inſpectione Bahrum. Eam ob cauſam putauimus ſupra §. 104. not. (w) vnum ex his fratribus fuiſſe ſatorem comitum de Olsburg, inter Saxoniæ noſtræ comites quondam celeberrimorum, quorum caſtrum Olesburch olim in vico Olsburg ad Fuſam fluuium in ducatu Brunſuicenſi ſub præfectura Lichtenberg extitit. Collegium canonico-

De Gamero et villa Sirikeshus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN